Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





vrat et cepit dem auffer abigne Quidam vero
accipiunt salem minere et involuunt eum in pasta
et dimittunt in furno donec adurit Adurunt
etiam sales in hunc modum nam accipiunt sal et ab
luunt cum aqua deinde dimittunt donec siccetur postea
ponunt in olla et cooperit olla et accendunt sub ea
ignis et coacervant circa ipsum pone dem movere
sal donec calefit et adurit cum sua motione
Sed flos salis fluit ex stagnis et coagulatur in
exitibus aquarum stantium et aliquando super lapi
des et est velud pigmedo natans superficie aque
antequam coagulet et oportet quod eligatur ille qui est cinerei
coloris in cuius odore est vetor virgens ad odorem
muri et fit expositibus Est autem ex eo cuius odor
est fendior adhuc quam muri pistum et mordi
cat linguam mordicatione forti et habet in se vnc
tuositatem sed in cuius colore est cinerius virgens ad
rubedinem aut cum granuloso est malus et cognoscitur
non adulterari est quod dissolvitur in oleo vel aqua addatur
Est autem conveniens ulceribus fraudulentis et corro
sivis et ulceribus que serpunt per corpus et maxime
ulceribus virge et hu. que fiunt ex cineribus et
obscuritatibus visus et maculis que fiunt ex consolidatione
ulcerum carnee et ingreditur in confectionibus multorum
unguentorum et aliarum medicinarum in unguentis ad oriseris
Et quando miscetur cum oleo rosarum provocat sudorem et quando fiunt
in potu cum vino laxat ventrem vinum est malum
sed et ingreditur in unguentis que fiunt ad lassitudi
nem et hiis quibus corpus inungitur ad subti
liandos pilos et ulcerum acuitas eius et mor
dicatio est sal Adulterat autem tegula trita et
aliis sed cognoscitur sic dicimus hec scrap de sale
in cuius

De sale magister galleanus

Sal secundum magistrum Galleanum est plurium
specierum Est enim sal artificiale et sal minerale
Sal minere est multiplex quoddam est quod utitur
in cibis quoddam est quod non utitur in cibis sed
in via medicine sicut est sal gemma indum armo
niacum Hic tamen volo loqui de sale naturali quod uti pos
sumus in cibis Sal artificiale est duplex quoddam
est marinum quoddam est alterius aque quod fit per
decoctionem artificialem Sed marinus fit sic Nam
tempore augusti et magne caliditatis tunc per canalia
que ducunt aquam maris ad locum quedam adiacentem
unius palme vel duarum palmarum et illa aqua
permittatur tunc sic permanere quem calor solis ex
siccat propter quod collitur et est sal Sed nostrum
sal fit quia decoquitur in aqua in qua decoctione

partes resolvuntur aque et terrestres manent et est flos
salis quod est genita ex partibus subtilioribus sal
sed spuma salis est res spumosa existens in superficie
salis et est plena foraminibus sicut spuma Nota
quod sal est calidum et siccum in 2o sed non dubito unum esse
calidius altero quia utraque unum est magis mor
tificativum quam aliud licet tamen secundum gradum non
excedit Nota quod sal valet ad exsiccandum et ad
restringendum et resolvendum Unde valet etiam
ad prohibendum putrefactionem causa est quia sal sua acui
tate et siccitate resolvit illam materiam aquosam pa
ratam putrefactionem que resolvitur remanet partes in epate
putrefactionem et sic res manet sine putrefactione quare
sal tritum potest poni ad ulcera magne putrefactionis
Item sal valet ad removendum et abstergendum cutis
defedationes unde dissolvitur in aqua cum qua locus
defedatus abluitur Item cum aliis appropriatis valet
ad removendum scabiem et morpheam et albo
ras unde misceatur cum terebentina et aliis appropriatis
et fiat unguentum Item sal valet ad removendum vergu
lam oculi sed caute debet applicari propter acuitatem
eius unde debet prius lavari aliquod locionibus et post
ea exsiccetur et denuo ex eo fiat collirium Item
valet sal in squinancia Item cum oleo melle et sale
fiat emplastrum et applicetur collo Item removet
carnem corruptam Item valet ad removendum
pruritum corporis unde licet pro augeat tamen post remo
vet Item si commisceatur cum ysopo origano et
melle valet contra morsum vipere Oleum valet contra
morsum serpentis carminati Item si sal ponatur
in panno lineo et fundatur in aceto et ponatur in loco
morsus aliis venenosi valet Item sal prohibet de
ambulationem vulneris Item prohibet formi
cam et herisipulam augere si misceatur cum
aceto Item si misceatur cum melle et suppo
nitur super sanguinem oculi Item valet ad removendum no
cumentum fungorum unde super illos debet quantitas salis
poni Unde valet ad removendum nocumentum opii
Item valet in combustione ignis ad prohibendum
vesicationem membri Unde in medicina debet desuper poni
sal Item valet in dolore podagrico flatuoso quia
subtiliat et resolvit Item capitur sal et ex
tendatur super coreo et illud coreum super splenem
hoc removet splenis duriciem Item confert
sal contritioni lactorum ubi fluxit materia humida Item
valet in apostematibus flaticis maxime cum sinapi et mel
le et sale fit emplastrum et applicetur hec
galleanus Sequitur de diversis speciebus salium